Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quia ego a deo exiui. Exiui a patre: et ueni in
mundum. Iterum relinquo mundum: et ua-
do ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce
nunc palam loqueris: et prouerbium nullum di-
cis. Nunc scimus quia scis omnia: et non op-
est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus
quia a deo existi. In letania maiori. Iacobi. apli
Fratres: Confitemini alterutrum peccata ura:
et orate p inuicem ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. He-
lias homo erat similis nobis passibilis: et oratione orauit ut non pluueret super terram: et non
pluit annos tres et menses sex: et rursum ora-
uit et celum dedit pluuiam. et terra dedit fruc-
tum suum. Si quis autem errauit ex uobis
a uitate. et conuertere quis eum: scire debet
quoniam qui conuertit peccatorem ab er-
rore uie sue saluabit animam eius a morte.
et operit multitudinem peccatorum. S. lucam.
In illo tempe. Dixit. i. d. s. Quis uestrum habet
amicum: et ibit ad illum media nocte et dicet
ei. Amice: comoda mihi tres panes: quoniam
amicus meus uenit de uia ad me et non habeo
qd ponam ante illum. Et ille deintus respon-
dens dicat noli mihi molestus esse: iam hostium
clausum est et pueri mei mecum sunt in cu-